secundum compositionem non illud quod dicitur simpliciter. ut post dicemus. Et cum narravit quod isti non dixerunt sermonem perfectum quoniam istud quod dixerunt est e contrario ad id quod dicitur dixit. Nos autem volumus dicere et cetera. Et hoc quod dixit querere de eis que sunt querenda et cum inveniri debent querere sufficienter de hoc quod dixerunt de eis utrum sit possibile perficere per ea omnia quesita que necessaria sunt sciri et debemus computare omnes species illius generis. Et dixit hoc quia propter distinctionem bonarum in rebus difficilibus scilicet quod per has distinctiones debent perfici omnia quesita que necessaria sunt scire nullam aliam perscrutationem. Deinde narravit quod post omnia ista dicet suam opinionem cum talis debeat esse ordo et dixit. Deinde dicemus post opinionem necessariam de eis.

Dicitur autem hoc quod simpliciter. Et dicamus quod debes scire quod hoc nomen grave dicitur simpliciter et hoc nomen leve dicitur absolute et dicitur secundum comparationem. Dicimus enim quod corporum quedam sunt graviora ut dicimus quod cuprum gravius est ligno. antiqui autem non dixerunt de gravi et levi simplicibus omnino sed dixerunt tantum grave et leve in comparatione et non dixerunt grave et leve. neque narrant ea sed gravius et levius.

Cum dixit quod ipse vult incipere primo de opinionibus antiquorum in duabus rebus scilicet utrum illud quod dixerunt sit conveniens et terminatas omnes species sustinatur et utrum id quod dixerunt sit dictum recte. Et incepit primo dicere quod sermo eorum de naturis gravis et levis est diminutum quoniam omnes sermones non sunt tamen nisi in gravi et levi que dicuntur secundum compositionem non in gravi et levi que dicuntur simpliciter. Et causa et quod grave aut leve secundum compositionem est illud in quo non est pura gravitas neque pura levitas sed utrumque est enim gravius alio et levius alio verbi gratia quod cuprum est gravius ligno et levius uno argento. Quoniam autem grave et leve simpliciter iam declaratum est et etiam erit post. Leve vero et grave quod est secundum compositionem manifestum est et sermo eius in hoc capitulo est manifestus per se.

Magis autem erit manifestum. Nos autem volumus declarare hunc sermonem. Sic verum enim quedam moventur ad medium et quedam semper a medio quod vero movetur a medio dicatur motum ad superius ad medium autem ad inferius. Dicentes autem quod mundus non habet inferius neque superius peccant et quidam antiqui fingentes quod mundus neque habet superius neque inferius cum totus mundus sit consimilis in omnibus partibus et sit ita sic contingeret ut sit possibile cuilibet hominum ut in quadam hora sit ambulans in opposito loci in quo primo ambulabat et ut pedes eius sint oppositi loco in quo primo erant. Nos autem